

bes iam in hoc casu reuisionem  $\alpha$ ) ceu remedium, quo sententia Camerae directe impugnatur, eaque male iudicasse arguitur, habes  $\beta$ ) tanquam remedium deuolutiuum, immo  $\gamma$ ) a uisitatione camerali expediendum, vt itaque dubitari nequeat, hodiernae reuisionis, cui haec omnia adprime conueniunt, prima hic inueniri uestigia. Nihilo tamen fecius, ita iam reuisionem uti remedium iuris ordinarium aduersus sententias camerales esse introductum nunquam asserere ausim; potius tantum in singulari hoc casu ad grauatorum instantiam admissum uidetur, nec certa adhuc forma ei praescripta adparet. Denuo eius mentio fit anno 1600xxxI. ubi in dubiis camera- libus uisitationi exhibitis inter alia etiam ipsa Camera proponit, vt partibus grauatis permitteretur, grauamina sua uisitationibus annuis proponere, a quibus uniuersa acta ad vnam vel duas Vniuersitates impartiales transmittantur, vt ea *re- uideant*, et, quam primum fieri poterit, ad uisitatores referant.  $\epsilon$ ) Id quod autem praebuit primae dispositioni legali in  
Recessu

*den jetzt berührten, so solche Handlung besichtigt, zum foerderlich-  
sten entscheiden.* „ Ipsum conclusum Imperii in suum protraxit  
HARPPRECHT l. c. p. 50.

$\epsilon$ ) HARPPRECHT l. c. p. 252. „Item, dieweil sich die Partheyen zu Zei-  
ten beschweren, als solten unrechtmäßige Urthele eroefnet werden,  
auf daß dann niemand wider Recht, auch Gleich, am hoechsten Gericht  
vertruckt werde, soll den Partheyen, wider die obbemelter Gestalt ih-  
res Vermeynens Urthel ergangen, auf ihr Begehr, Anbringen und Ko-  
sten durch die jaehrliche Visitatores vergunnt und zugelassen werden,  
daß einer oder zweyen unpartheyischen Uniuersitaeten alle Gerichts

B

Acten